pulta sunt: et viuent nomin
eorū i eternū. ℣. Beati q̄ habita
in domo tua dn̄e. ℟. In secul
sclorū laudabunt te. Oremus

Presta quesumus omnip
tens deus vt sancte d

genitricis semperque virginis Marie & sanctorū tuorū (quorum reliquie in vniuersali continent ecclesia) nos protegant merita: quatenus eorum precibus trāquilla pace in tua iugiter laude letemur. Per xpm dn̄m nr̄m. Amen.

¶ Of all sayntes. an.

Omnes sancti et electi dei / nr̄i ante deū memoramini: vt vestri precibus adiuti mereamur vobis adiungi. V. Letamini in dn̄o et exultate iusti. R. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus.

Omnium sanctorum tuorum quesumus dn̄e itercessiōe placatus / & veniā nobis delictorum nostrum tribue: & remedia sempiterna concede. Per dn̄m.

¶ For peace. an.

Da pacem dn̄e in diebus nr̄is: quia nō est alius qui pugnet pro nobis nisi tu deus nr̄. V. Dn̄e

fiat pax in vtute tua. ℟. Et a-
bundātia i turribus tuis. Orem⁹
D Eus a quo sancta desid-
ria recta consilia & iusta
sunt opera: da seruis tuis illam
quam mundus dare non potest
pacem: vt & corda nostra mādā-
tis tuis dedita/ & hostium subla-
ta formidine: tēpora sint tua p-
tectione trāquilla. Per Christū
dnm nostrum. Amen. Benedica-
mus domino. Deo gratias.

¶ Euynsonge of the crosse.

D E cruce deponitur hora
vespertina. Fortitudo
latuit in mente diuina. Talem
mortē subiit vite medicina. Heu
corona glorie iacuit supina. ℣.
Adoramus te xpe et bndicimus
tibi. ℟. Quia per sanctā crucem
tuā redemisti mundum. Orem⁹
D Omine iesu christe fili
dei viui pone passionem

crucem et mortem tuā inter iu=
dicium tuū et animas nostras /
nunc et in hora mortis nostre.
Et largiri digneris viuis mise=
ricordiam et gratiā / defunctis
veniam et requiem/ecclesie tue
sancte pacem et concordiam/ et
nobis peccatoribus vitā et glo=
riam sempiternam. Qui viuis
et regnas cū deo patre i vnitate
spiritus sancti de9. Per omnia.
Gloriosa passio domini nostri
iesu christi eruat nos a dolore
tristi: et pducat nos ad gaudia
paradisi. Amen.

¶ The englysh of De cruce deponitur ꝛc.

¶ The dede body of cryste that blessyd man
Frome the crosse was losyd and takyn awaye
At euensonge tyme but alas where was thanne

Hys crowne of glory & grea
strenght that daye
Full preuely wythin the go
hed yt laye
yet wold he thys cruell de
suffer thus
The trew medsyn of lyffe t
brynge to vs

¶ Euynsonge of the com-
passion of our lady.

DE cruce depositum hor
vesperarum. Mater c
aspiceret suum natum charum
Osculans amplectitur pignus
celi clarum. Corpus eius mad
dat stillis lachrimarū. ℣. Te lau
damus et rogamus mater ies
christi. ℟. Ut intendas et defen
das nos a morte tristi. Orem⁹
DOmine sancte iesu fil
dulcis virginis mari
qui pro nobis mortem in cruc
tolerasti: fac nobiscum miseri

cordiam tuam. Et da nobis et cunctis compassionem tue sanctissime matris deuote recolentibus / ei⁹ amore vitã in presenti gratiosam: et tua pietate gloriã in futuro sempiternam. In qua viuis et regnas de⁹. Per omnia secula seculorum. Amen.

Threnosa cõpassio dulcissime dei matris: pducat nos ad gaudia summi dei patris. Amen.

¶ The englysh of De cruce depositum ꝛc.

Wyth moderly pyte in herte inclosyde
Her chyldys dede body she canne beholde
At euynsongtyme frome the crosse was losyde
That heuynly plege i armis she canne folde
She wept ꝛ kyst hys mouth an hundryth folde

The teres so habundāt from her eyes tweyne.
Fell. that they wet all hys body lyke rayne.

Here folowyth complyn of oure lady.



Onuerte nos deus salutaris noster.
Et auerte iram tuam a nobis. Deus in adiutoriū meū intende.
Dn̄e ad adiuuādū: me festina.
Gloria patri. Sicut erat. ān.
Cū iocūditate. The .xii. psalm.

Usquequo dn̄e obliuisceris me in finē: vsquequo auertis faciem tuam a me.
Quandiu ponam consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem.

Usqꝫquo exaltabitur inimicꝰ
meus sup̄ me : respice et exaudi
me domine deus meus.

Illumīa oculos meos ne vnq̄
obdormiam in morte : nequādo
dicat inimicus meus p̄ualui
aduersus eum.

Qui tribulant me exultabunt
si motus fuero : ego autem in
misericordia tua speraui.

Exultabit cor meū in salutari
tuo / cantabo domino qui bona
tribuit michi : et psallā nomini
domini altissimi. Gloria patri.
Sicut erat &c. The xlii. psalm.

Iudica me deꝰ et discerne
causam meā de gente non
sancta : ab homine iniquo et
doloso erue me.

Quia tu es deꝰ fortitudo mea :
quare me repulisti & quare tri-
stis icedo dū affligit me inimicꝰ

Emitte lucem tuā et veritatē

tuam : ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctū tuum / et in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei : ad deū qui letificat iuuētutē meā.

Confitebor tibi in cithara de⁹ deus meus : quare tristis es aīa mea et quare conturbas me.

Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi : salutare vultus mei et deus me⁹. Gloria patri. Sicut erat. The cxxviii. psalm.

SEpe expugnauerunt me a iuuentute mea : dicat nunc israel.

Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea : etenim non potuerunt michi.

Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores : prolongauerunt iniquitatem suam.

Dn̄s iustus concidit ceruices peccatorum : confundantur et

conuertantur retrorsum omnes qui oderunt syon.
Fiant sicut fenum tectorum: quod priusq̄ euellatur exaruit.
De quo non impleuit manum suam qui metet: et sinum suum qui manipulos colliget.
Et nō dixerūt qui preteribāt / benedictio domini super vos: bn̄dicim⁹ vobis in nomine dn̄i.
Gloria patri et. Sicut erat in principio &c. The cxxx. psalme.
Domine non est exaltatū cor meū: neq̄ elati sunt oculi mei.
Neq̄ ambulaui in magnis: neq̄ in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam.
Sicut ablactat⁹ est sup matre sua: ita retributio in aīa mea.
Speret israel in domino: ex hoc nunc et vsq̄ in seculum.

Gloria patri. Sicut erat. an. Cum iocūditate memoriā beate marie celebremus: vt ipsa pro nobis intercedat ad dominum Jesum christum. Capitulum.

SIcut cinamomū et balsamū aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. Deo gratias. The hymne.

VIrgo singularis / inter oēs mitis: nos culpis solutos / mites fac et castos.

Vitam presta purā / iter para tutum: vt vidētes iesum / semper colletemur. Sit laus deo patri / summo christo decus / spūi sancto trinus honor vnus. Amē. V. Elegit eā de⁹ & pelegit eā. R. Et habitare eā facit i tabernaculo suo. an. Glorificam⁹.

NUnc dimittis seruū tuū domine: secundum ver-

bum tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei: salutare tuum.
Quod parasti: ante faciē omnium populorum.
Lumen ad revelationem gentiū: et gloriā plebis tue israel.
Gloria patri ⁊ filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio.
an. Glorificamꝰ te dei genitrix / quia ex te natꝰ est christus: salua oēs qui te glorificāt. Dñe exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat. Oremus
Gratiam tuam quesumꝰ dñe mentibus nostris infunde: vt qui angelo nunciante christi filii tui incarnationē cognouimus: per passionem eius et crucē ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dominum nostrum iesum xp̄m filium tuū. Qui tecum viuit ⁊c.

¶ Complyne of the crosse.

Hora completorii datur sepulture Corpus christi nobile / spes vite future. Conditur aromate complentur scripture. Jugi sit memoria mors hec michi cure.

¶ The englysh of Hora completorii datur sepulture &c.

¶ The hope of owre lyfe euer to indure
Of Jesu the noble and blessyd bodye
At cōplyntyme was brought to sepulture
Spycyd and adournyd fragraunte and swetely
Of scrpture complete was thenne the mystery
Therfore Jesu graunte me thy woūdys tendure
And thy deth besely styll to remember.

Has horas canonicas cū deuo
tione. Tibi christe recolo pia ra=
tione. Ut sicut tu passus es pe=
nas in agone. Sic labori conso
nans cōsors sim corone. ℣. Ado
ramꝰ te christe et bn̄dicimꝰ tibi.
℟. Quia per sanctam crucem
tuā redemisti mundū. Oremus.

Domine iesu christe fili dei
viui pone passionem cru
cem et mortem tuam inter iudi=
cium tuum et animas nostras
nunc et in hora mortis nostre.
Et largiri digneris viuis miam
et gratiam / defunctis veniam
et requiem / ecclesie tue sancte
pacem et concordiam / et nobis
peccatoribus vitam et gloriam
sempiternā. Qui viuis ⁊ regnas
deus. Per oia scl'a scl'oꝝ. Amen.

Gloriosa passio dn̄i nr̄i iesu xp̄i
eruat nos a dolore tristi: ⁊ pdu=
cat nos ad gaudia paradisi. amē

¶ The englysh of Ad horas canonicas &c.

¶ O blessid chryst these howres canonycall
To the I offer wyth meke deuocyon
For as thou haste sufferyd those paynes all
In thy greuous agony by lyke reason
So by the remembraunce of thy passyon
Make me acordynge to my besynes
Partener of thy crowne and glorye endles

¶ Complyn of the compassyon of our ladye.

Hora completorii mater properatur. Ut lugeat filium vbi tumulatur. Nec vult hinc recedere sed ibi moratur. Usqz dū ad filiū tandē exaltatur

¶ The englysh of Hora completorii mater &c.

¶ At complentyme this moder of mercy
To her sones sepulture nigh aprochyde
Hys deth to bewayll full lamentably
She taryed there styll and not departyd
For her hert and mynd was euer there fyxyd
Tyll that by angels her blessyd body
To her sonne was exaltyd to glorye.

¶ Ergo mater miseris miserere mitis. Pro quibus compateris presso botro vitis. Nos a peste funeris salua fuga ditis. Et nos iunge ceteris vita redimitis. ℣. Te laudamus et rogam⁹ mater iesu xpi. ℟. Ut intendas et defē-

das nos a morte tristi. Oremus.
Domine sancte iesu fili dulcis virginis maria qui pro nobis mortem in cruce tollerasti: fac nobiscum misericordiam tuam. Et da nobis et cunctis compassionem tue sanctissime matris deuote recolentibus / eius amore vitam in presenti gratiosam: et tua pietate gloriam in futuro sempiternā. In qua viuis et regnas deus. Per oīa secula seculorū. Amen.
Threnosa cōpassio dulcissime dei matris: pducat nos ad gaudia summi dei patris. Amen.
Pater noster. Aue maria &c.
¶ The englissh of Ergo mater.
O thou meke moder haue mercy therfore
On wreches for whom thou hauyst these paynes all
Seynge thy sonne that vyne

cluster pressyd sore
And from the pestylence of
deth eternall
Kepe vs by voydonge the
fende infernall
And ioyne vs wyth theym
whych burnysshyd be
wyth eternall lyfe seynge
the deyte

SAlue regina mater mise
ricordie / vita dulcedo &
speps nostra salue. Ad te clama-
mus exules filii eue. Ad te suspi-
ramus gementes et flentes in
hac lachrimarum valle. Eia ergo
aduocata nostra illos tuos mi-
sericordes oculos ad nos con-
uerte. Et iesum benedictū fruc-
tum ventris tui nobis post hoc
exiliū ostēde. O clemens. O pia.
O dulcis maria. v. Uirgo ma-
ter ecclesie eterne porta glorie:
esto nobis refugiū apud patrem

et filium. O clemens. V. Virgo clemēs virgo pia: virgo dulcis o maria: exaudi preces oīm ad te pie clamātiū. O pia. V. Funde preces tuo nato/ crucifixo/ vulnerato: et pro nobis flagellato/ spinis puncto/ felle potato. O dulcis. V. Gloriosa dei mater cuius nat⁹ erat pat: ora pro nobis oībus te pie recolentib⁹. O maria. V. Dele culpas miserorum/ terge sordes peccatorum/ dona nobis beatorum vitam tuis pcib⁹. O mitis. V. Ut nos soluat a peccatis pro amore sue matris: et ad regnū claritatis nos pducat rex pietatis. O clemens. O pia. O dulcis. O mitis maria salue. V. Aue maria gratia plena dñs tecū. R. Bñdicta tu in mulierib⁹ et benedictus fruct⁹ ventris tui.

Omnipotēs sempiterne deus qui gloriose virginis

et matris marie corpus et aiam (vt dignum filii tui habitaculū effici mereretur) spū sancto coopante mirabiliter preparasti: da vt cuius commemoratione letamur / eius pia intercessione ab instantibus malis et a morte ppetua liberemur. Per eundem xp̄m dn̄m nr̄m. Amē. Bn̄dicam⁹ domino. Deo gratias.

¶ Of the. v. corporall ioyes of oure lady.

Gaude virgo mater xp̄i / que per aurem cōcipesti: gabriele nuncio.
Gaude quia deo plena: peperisti sine pena cū pudoris lilio.
Gaude qr tui nati (quē dolebas mortē pati) fulget resurrectio.
Gaude xp̄o ascēdente / q̄ in celū (te vidente) motu fert̄ pprio.
Gaude q̄ post ipsum scādis / et ē honor tibi grādis i celi palatio.

Ubi fructus ventris tui / p te detur nobis frui / i perenni gaudio. V. Benedicta es a filio tuo dn̄a. Rm. Quia per te fructum vite cōmunicauimus. Orem9.

DEus qui beatissimā virginem mariā in cōceptu et partu virginitate seruata duplici gaudio letificasti : quique eius gaudia filio tuo resurrgēti et ad celos ascendente multiplicasti : presta quesum9 vt ad illud ineffabile gaudium (quo assumpta tecum gaudet in celo) eius meritis et intercessiōe valeam9 peruenire. Per eundem dn̄m ꝛc.

¶ Of the .vii. spyrytuall ioyes of oure lady

GAude flore virginali / honoreqꝫ speciali / transcēdens splendiferum. Angelorum principatum : et sanctorū decoratum dignitate numerum.

Gaude sponsa chara dei: nam vt clara lux diei solis datur lumine. Sic tu facis orbem vere tue pacis resplendere lucis plenitudine.

Gaude splēdens vas virtutū / cuius parens est ad nutū: tota celi curia. Te benignā et felicē / iesu dignam genetricem venerans in gloria.

Gaude nexu voluntatis / et amplexu dignitatis / iuncta sic altissimo: Ut ad votum consequaris / quicquid virgo postularis a Jesu dulcissimo.

Gaude mater miserorum / q2 pater seculorū dabit te colētib9. Congruentē hic mercedem / et felicē poli sedē regnis in celestib9.

Gaude virgo mater xp̄i / tu q̄ sola meruisti o virgo piissima. Esse tāte dignitatis / vt sis sancte trinitatis sessione proxima.

Gaude virgo mater pura/ certa manens et secura quod hec septem gaudia. Non cessabunt nec decrescent / sed durabunt et florescent per eterna secula. an. O sponsa sancta et humilis virgo pulcherrima maria mat dei virgo electa / esto nobis via recta ad eterna gaudia / vbi pax et gloria: et me semper aure pia dulcis exaudi maria. Versus. Exaltata es sancta dei genitrix. Rm Super choros angelorum ad celestia regna. Oremus.

Dulcissime dn̄e iesu xp̄e fili dei viui: qui beatissimam / gloriosissimā / humilē / benignā / pulcherrimam virginē mariam matrem tuā piissimā / perpetuis ac felicibus gaudiis tecū in celo coronatā letificasti: concede propici9 vt ei9 meritis gloriosis et precibus continuis

salutem et prosperitatē mentis & corporis cum gaudio / alacritate / et abundantia omnium bonorum spiritualium et corporalium consequamur: in hoc seculo pie / iuste et benigne viuamus: et post transitum huius seculi ad gaudia eterna feliciter peruenire valeamus Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ A prayer to our blessyd lady for the pestylence.

STella celi extirpauit (q̄ lactauit dn̄m) Mortis pestem / quam plantauit prim⁹ parens hominū. Ipsa stella nūc dignet̄ sydera compescere. Quorum bella plebem cedunt / dire mortis vlcere. O formosa stella maris a peste succurre nobis. Audi nos quia filius nil negās te honorat. Salua nos iesu pro

quibus virgo mater te orat. ℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix. ℟. Ut digni effeciamur promissionibus christi. Oremus.

DEus misericordie/ deus pietatis / deus indulgētie / qui misertus es super afflictionem populi/ et dixisti angelo percutienti populū tuū / sufficit nunc contine manum tuam : ob amorem illius stelle gloriose cuius vbera preciosa cōtra venenum delictorum nostrorum q̄ dulciter suxisti : presta auxilium gratie tue / vt ab omni peste et improuisa morte secure liberemur : et a totius perditionis incursu saluemur. Per te iesu xp̄e saluator mundi rex glorie. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

DE ꝓfundis clamaui ad te domine: domine exaudi

vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine: dn̄e quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: et ppter legē tuā sustinui te dn̄e.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit aīa mea in dn̄o.
A custodia matutina vsqꝫ ad noctē: speret israel in domino.
Quia apud dn̄m misericordia: et copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius.
Kyrie eleison. Xp̄e eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. ℣. Requiem eternā dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi. Erue dn̄e animas eorum. Credo videre bona dn̄i. In terra viuentium. Domine exaudi orati-

onem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

INclina domine aurē tuā ad preces nostras: quib9 misericordiam tuam supplices deprecamur vt animas famulorum famularumque tuarum (quas de hoc sclo migrare iussisti) in pacis ac lucis regione constituas: et sanctorum tuorum iubeas esse consortes. Per christum.

ANimabus quesum9 dn̄e famulorum famularum que tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas et a peccatis omnibus exuas: et tue redemptiōis facias esse perticipes. Qui viuis et regnas deus. Per oia secula seculorum. Amen.

Anime omnium fidelium defunctorum per misericordiā dei requiescāt i pace. Amē. God haue mercy of all chrystē soules. Amē.

¶ Here folowyth the seuen psalmys and lateny. an.

Ne reminiscaris. The vi. psalm



Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me

Miserere mei dn̄e quoniā infirmus sum: sana me dn̄e qm̄ conturbata sunt ossa mea.

Et aīa mea turbata est valde: sed tu domine vsqꝫquo.

Conuertere dn̄e et eripe animam meā: saluū me fac ꝓpter misericordiam tuam.

Quoniam nō est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi.

Laboraui in gemitu meo / lauabo per singulos noctes lectū meum: lachrimis meis stratum

meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus : inueterauit inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem : quoniam exaudiuit dn̄s vocem flet⁹ mei.

Exaudiuit dominus deprecationem meam : dominus orationem meam suscepit.

Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescāt valde velociter.

Gloria patri et filio : et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper : et in secula scloꝝ. Amē The xxxi psalm

Beati quorum remisse sūt iniquitates : et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui nō imputauit dominus peccatum : nec est in

spiritu eius dolus.
Quoniā tacui inueterauerūt
ossa mea: dū clamarē tota die.
Qm̄ die ac nocte grauata est
super me man⁹ tua: conuersus
sum in erumna mea / dum con=
figitur spina.
Delictum meum cognitū tibi
feci: & iniustitiā meā nō abscōdi.
Dixi confitebor aduersum me
iniustitiam meā dño: & tu remi
sisti impietatē peccati mei.
Pro hac orabit ad te oīs sctūs:
in tēpore oportuno.
Uerūtamen in diluuio aquarū
multarū: ad eū nō approximabūt.
Tu es refugium meū a tribu=
latione que circūdedit me: exul=
tatio mea erue me a circundan=
tibus me.
Intellectū tibi dabo & instruā
te in via hac qua gradieris: fir
mabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus: in quibus nō est intellect9.
In chamo et freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: spe rantem autem in domino misericordia circundabit.
Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.
Gloria pa. The. xxxvii. psalme.
Domine ne in furore tuo arguas me: neq3 in ira tua corripias me.
Quoniā sagitte tue infixe sūt michi: et confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie pctōrū meorū
Quoniā iniquitates mee sup gresse sunt caput meū: et sicu

onus graue grauate sūt sup me
Putruerūt et corrupte sūt cica
trices mee: a facie isipiētie mee
Miser factus sum et curuatus
sum vsq; in finem: tota die con=
tristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti
sunt illusionibus: et non est sa=
nitas in carne mea.
Afflictus sum et humiliatus
sum nimis: rugiebā a gemitu
cordis mei.
Dn̄e ante te omne desiderium
meum: et gemitus meus a te
non est absconditus.
Cor meū conturbatū est dere=
liquit me virtus mea: et lumen
oculoꝝ meoꝝ ⁊ ipsū nō est mecū.
Amici mei ⁊ proximi mei: aduer
sū me appropiquauerūt ⁊ steterūt
Et q̄ iuxta me erant de longe
steterunt: et vim faciebant qui
querebant animam meam.

Et qui inquirebāt mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanq̄ surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo nō audiens: et non habens in ore suo redargutiones.

Qm̄ in te dn̄e speraui: tu exaudies me domine deus meus.

Quia dixi nequando supgaudeant michi inimici mei: et dum commouentur pedes mei / sup me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in cōspectu meo semper.

Qm̄ iniquitatem meā annunciabo: et cogitabo ꝓ pctō meo.

Inimici autem mei viuunt et confirmati sunt sup me: et multiplicati sūt q̄ oderūt me inique.

Qui retribuunt mala ꝓ bonis detrahebant michi: quoniam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me dn̄e deus meus: ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meū: domine deus salutis mee.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sctō. Sicut erat. The .l. psalme.
Miserere mei deus secundum magnā mīam tuā.
Et secundū multitudinē miserationū tuaꝝ: dele iniq̄tatē meā.
Amplius laua me ab iniq̄tate mea: ⁊ a peccato meo mūda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: ⁊ peccatum meū contra me est semper.
Tibi soli peccaui et malum corā te feci: vt iustificeris ī sermonibus tuis ⁊ vīcas cū iudicaris.
Ecce enim in iniquitatib⁹ conceptus sum: et in peccatis con-

cepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi.
Asperges me domine hysopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium et letitiam: et exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciē tuā a pctis meis: ⁊ omnes iniquitates meas dele.
Cor mūdū crea i me de⁹: ⁊ spiritū rectū inoua in viscerib⁹ meis.
Ne proiicias me a facie tua: et spm sanctū tuū ne auferas a me.
Redde michi letitiā salutaris tui: ⁊ spū pricipali cōfirma me.
Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuertentur.
Libera me de sanguinib⁹ de⁹ deus salutis mee: et exaltabit lingua mea iustitiam tuam.

Dn̄e labia mea aperies: et os meū annunciabit laudem tuā.

Quoniam si voluisses sacrificiū dedissem: vtiqꝫ holocaustis non delectaberis.

Sacrificium deo spiritus contribulatus: coꝛ contritum et humiliatum deus non despicies.

Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitie ablatiōes et holocausta: tunc imponent super altare tuū vitulos. Gloꝛia patri et filio. Sicut erat ꝛc. The .ci. psalme.

Domine exaudi oꝛationē meam: et clamoꝛ meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuā a me: in quacūqꝫ die tribuloꝛ inclina ad me aurem tuam.

In quacunqꝫ die inuocauero

te: velociter exaudi me.
Quia defecerũt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt.
Percussus sum vt fenũ ⁊ aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mee.
Similis factus sum pelicano solitudinis: et factus sum sicut nicticorax in domicilio.
Uigilaui: et factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant michi inimici mei: et qui laudabant me aduersum me iurabant.
Quia cinerem tanq̄ panem manducabam: et potum meum cum fletu miscebam.
A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declina

uerunt: et ego sicut fenū arui.
Tu autem domine in eternum permanes: et memoriale tuum in generatione et generationem
Tu exurgens domine misereberis syon: quia tempus miserendi eius quia venit tempus.
Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: et terre eius miserebuntur.
Et timebūt gentes nomē tuū dn̄e: & oēs reges t̄re gloriā tuā.
Q2 edificauit dn̄s syon: et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium: et non spreuit precem eorꝝ.
Scribantur hec in generatiōe altera: et populus qui creabitur laudabit dominum.
Q2 prospexit de excelso sancto suo: dn̄s de celo i terrā aspexit.
Ut audiret gemitꝰ cōpeditorꝝ: vt solueret filios interēptorū.

Ut annuncient in sion nomen dñi: et laudē eius in hierusalē.
In conueniendo populos in vnum: et reges vt seruiāt dño.
Respodit ei in via ꝟtutis sue: paucitatem dierum meorum nū cia michi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatiōe et generationem anni tui.
Initio tu dñe terrā fundasti: et opera manuū tuaꝝ sunt celi.
Ipsi peribūt tu autē ꝑmanes: ⁊ oēs sicut vestimētū veterascēt.
Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur: tu autem idē ipse es/ ⁊ āni tui nō deficēt.
Filii seruoꝝ tuoꝝ habitabūt: et semen eoꝝ in sclm dirigetur.
Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula scloꝝ. Amen. The. cxxix. salme.

De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi voce meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris dñe: domine quis sustinebit.
Quia apud te propitiatio est: & pp̄ter legē tuā sustinui te dñe.
Sustinuit aīa mea ī verbo ei⁹: sperauit anima mea in dño.
A custodia matutina vsq; ad noctem: speret israel ī domino.
Quia apud dñm misericordia: et copiosa apud eū redemptio.
Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria patri & filio: et spūi sctō.
Sicut erat. The.cxlii.psalme.

Domine exaudi orationē meam auribus percipe obsecrationem meā: in veritate tua exaude me in tua iustitia.

Et non intres in iudiciū cum seruo tuo dn̄e: quia nō iustificabitur in cōspectu tuo oīs viuēs.
Quia persecut9 est inimic9 aīam meā: humiliauit ī t̄ra vitā meā.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiat9 est super me spiritus meus / in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierū antiquorū meditatus sū in omnibus operib9 tuis: et in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: aīa mea sicut t̄ra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuā a me: et similis ero descēdentib9 ī lacū.
Auditam fac michi mane misericordiā tuā: qr in te speraui.
Notā fac michi viā in qua ambulē: qr ad te leuaui aīam meā.

Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te confugi: doce me facere volūtatem tuā qꝛ deꝰ meꝰ es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: ꝓpter nomen tuū dn̄e viuificabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione aīam meā: et in misericoꝛdia tua disperdes omnes inimicos meos.
Et perdes oēs qui tribulant animan meā: quoniam ego seruus tuus sum. Gloꝛia patri et filio: ⁊ spūi sancto. Sicut erat.
ān. Ne reminiscaris dn̄e delicta nr̄a vel parentū nostroꝝ / neqꝫ vindictam sumas de peccatis nostris. Parce domine parce populo tuo quē redemisti ꝓrecioso sanguine tuo / ne in eternum irascaris nobis.
Here folow the .xv. psalmys.
The .cxix. psalme.

AD dn̄m cū tribularer clamaui: et exaudiuit me.
Domine libera aīam meam a labiis iīquis: ⁊ a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad liguā dolosā.
Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatoriis.
Heu mihi quia incolatus me9 prolongatus est / habitaui cum habitantibus cedar: multū incola fuit anima mea.
Cum his qui oderūt pacē eram pacificus: cum loquebar illis inpugnabant me gratis.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc ⁊ semp. The .cxx. psalm.
LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium michi.
Auxilium meū a domino: qui fecit celum et terram.

Non det in commotionē pedē tuū: neq̄ dormitet q̄ custodit te.
Ecce non dormitabit neq̄ dormiet: qui custodit israel.
Dominus custodit te domnus protecctio tua: super manum dexteram tuam.
Per diem sol nō vret te: neq̄ luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat aīam tuā dn̄s.
Dn̄s custodiat introitū tuum et exitum tuū: ex hoc nūc & vsq̄ in seculū. Gloria patri & filio.
Sicut erat &c. The.cxxi.psalm.
LEtatus sum in his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis hierusalem.
Hierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in id ipsum.

Illuc enim ascenderũt tribus tribus dñi : testimonium israel ad confitendũ nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in iudicio : sedes sup domũ dauid.
Rogate que ad pacem sũt hierusalẽ : & abũdãtia diligẽtib⁹ te.
Fiat pax in virtute tua : et abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos et proximos meos : loquebar pacẽ de te.
Propter domum domini dei nostri : quesiui bona tibi.
Gloria patri. Sicut erat in principio &c. The.cxxii.psalme.
AD te leuaui oculos meos : qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi seruorũ : in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manib⁹ dñe sue : ita oculi nostri ad dñm deũ nostrũ / donec misereat̃ nr̃i.
Miserere nostri dñe miserere

nostri: quia multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est aia nostra: opprobriũ abundãtib⁹ et despectio superbis.
Gloria patri. Sicut erat in principio &c. The.cxxiii.psalm.
Nisi quia dominus erat in nobis dicat nũc israel. nisi quia domin⁹ erat in nobis:
Cum exurgerent hoies in nos: forte viuos deglutissent nos.
Cũ irasceretur furor eorũ i nos: forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentẽ pertransiuit anima nostra: forsitan pertrãsisset aia nostra aquam intollerabilem.
Benedictus dñs qui nõ dedit nos in captione: dentibus eorũ.
Anima nr̃a sicut passer erepta est: de laqueo venantium.
Laqueus contrit⁹ est: et nos liberati sumus.

Adiutorium nostrū i nomine domini: qui fecit celū et terrā.
Gloria patri et filio: & spūi sctō.
Sicut erat. The.cxxiiii.psalm.

Qui confidūt in dn̄o sicut mons sion: non commouebitur in eternum / qui habitat in hierusalem.

Montes in circuitu eius et dn̄s in circuitu populi sui: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum.

Quia non relinquet dominus virgam peccatoꝝ super sortem iustorum: vt non extendāt iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac domine: bonis et rectis corde.

Declinantes autem in abligationes adducet dn̄s cum operātibus iiquitatē: pax supꝫ israel.

Gloria patri & filio: & spiritu sancto. Sicut erat in principi et nunc &c. The.cxxv.psalm

IN conuerten
tiuitatem syn̄s ex syon: et
mus sicut consolati salem omni-
Tunc repletum est.
nostrū: & lingua nr̄ filiorum tuorum:
Tunc dicent inter Gloria patri.
nificauit dn̄s facere cxvii. psalm.
Magnificauit domi uerunt me
nobiscum: facti sum⁹ ea: dicat
Conuertere dn̄e capti
nostram: sicut torrens i austro in-
Qui seminant in lachrymis:
in exultatione metent.
Euntes ibant et flebant: mit-
tentes semina sua.
Uenientes autem venient cū
exultatione: portantes mani-
pulos suos. Gloria patri et filio.
Sicut erat. The .cxxvi. psalm.

NIsi dn̄s edificauerit do-
mum: in vanū laborauerunt qui edificant eam.
Nisi dn̄s custodierit ciuitatē:

Adiutoriu at q̃ custodit eam.
domini : qui vobis ante lucem
Gloria patri gite postq̃ sederitis
Sicut erat cis panem doloris.
Uli co dilectis suis som-
Quomor hereditas dñi filii /
nebitur in ctus ventris.
tat in hier Sitte i manu potẽtis:
Monte cussorum.
in circu s vir qui impleuit desi-
num suũ ex ipsis : nõ cõfundet
cũ loqtur iimicis suis in porta.
Gloria patri et filio : ⁊ spũi sctõ.
Sicut erat. The. cxxvii. psalm.
BEati oẽs qui timẽt dñm :
q̃ ambulant in viis eius.
Labores manuũ tuaꝝ qꝛ mã-
ducabis : beat⁹ es ⁊ bñ tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abundãs:
in lateribus domus tue.
Filii tui sicut nouelle oliuaꝝ:
in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo : q̃

timet dominum.

Benedicat tibi dn̄s ex syon: et videas bona hierusalem omnibus diebus vite tue.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem sup israel. Gloria patri. Sicut erat. The.cxxviii psalm.

SEpe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nunc israel

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt michi.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.

Dominus iustus concidet ceruices peccatorū: cōfundantur et conuertantur retrorsum omnes qui oderunt syon.

Fiant sicut fenum tectorum: quod priusq̄ euellatur exaruit.

De quo non impleuit manum

suam qui metet: et sinum suum qui manipulos colliget.
Et non dixerūt qui preteribāt/ benedictio domini super vos: benedicim⁹ vobis i nomine dñi.
Gl'ia patri & filio: et spūi sctō. Sicut erat. The .cxxix. psalme.
De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris dñe: domine quis sustinebit.
Quia apud te propitiatio est: & ppter legē tuā sustinui te dñe.
Sustinuit aīa mea i verbo ei⁹: sperauit anima mea in dño.
A custodia matutina vsq3 ad noctem: speret israel i domino.
Quia apud dñm misericordia: et copiosa apud eū redemptio.
Et ipse redimet israel: ex om=

nibus iniquitati bus eius.
Glria patri & filio: et spũi sctõ.
Sicut erat. The.cxxx.psalme.
DOmine non est exaltatũ
cor meũ: neqȝ elati sunt
oculi mei.
Neqȝ ambulaui in magnis:
neqȝ in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam:
sed exaltaui animam meam.
Sicut ablactat9 est sup matre
sua: ita retributio i anima mea.
Speret israel i domino: ex hoc
nunc et vsqȝ in seculum.
Glria patri et filio: & spũi sctõ.
Sicut erat. The.cxxxi.psalme.
MEmento domine dauid:
et ois mãsuetudinis ei9.
Sicut iurauit domino: votum
vouit deo iacob.
Si introiero in tabernaculum
domus mee: si ascendero in le=
ctum strati mei.

Si dedero somnū oculis meis: & palpebris meis dormitationē.
Et requiem temporibus meis donec inueniam locū domino: tabernaculum deo iacob.
Ecce audiuim⁹ eam ī effrata: inuenim⁹ eam in campis silue.
Introibimus in tabernaculū eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.
Surge dn̄e in requiem tuā: tu et arca sanctificationis tue.
Sacerdotes tui induātur iusticiam: et sancti tui exultent.
Propter dauid seruum tuum: non auertas faciem christi tui.
Iurauit dn̄s dauid veritatem et non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super super sedem tuam.
Si custodierint filii tui testamentum meum: et testimonia mea hec que docebo eos.

Et filii eorum vsq₃ i seculum: sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit domin⁹ syon: elegit eam in habitationem sibi.
Hec requies mea in seculum scl'i: hic habitabo qm̄ elegi eā.
Uiduā ei⁹ benedicēs būdicā: pauperes ei⁹ saturabo panib⁹.
Sacerdotes ei⁹ induā salutari: et scti ei⁹ exultatione exultabūt.
Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo.
Inimicos eius induam confu sione: super ipsum autem efflo= rebit sanctificatio mea.
Glia patri et filio: ⁊ spūi sctō.
Sicut erat. The.cxxxii.psalm.
Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundū: habitare fratres i vnum.
Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam bar= bam aaron.
Quod descendit in oram vesti=

menti eius : sicut ros hermon qui descendit in montem syon.
Quoniam illic mandauit dn̄s bn̄dictionē : & vitā vsqꝫ i seculū.
Gl'ia patri et filio : & spūi sctō.
Sicut erat. The cxxxiii. psalm.
Ecce nūc benedicite dn̄m : omnes serui domini.
Qui statis in domo domini : in atriis domus dei nostri.
In noctibus extollite manus vestras i sctā : & benedicite dn̄m.
Benedicat te domin⁹ ex syon : qui fecit celum et terram.
Gl'ia patri et filio : & spūi sctō.
Sicut erat in principio. ān.
Ne reminiscaris domine delicta nostra vel parentū nostrorum / neqꝫ vindictā sumas de peccatis nostris. Parce domine parce populo tuo quē redemisti precioso sanguine tuo / ne in eternum irascaris nobis. ¶ The lateny.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Pater de celis deus Miserere nobis. Fili redemtor mundi deus Miserere nobis.
Spūs sctē de⁹ Miserere nobis
Sancta trinitas vnus deus Miserere nobis.
Sctā maria Ora pro nobis.
Sctā dei genitrix Ora ꝓ nob.
Sancta virgo virginū or
Sancte michael or
Sancte gabriel or
Sancte raphael or
Omnes sancti angeli et archāgeli dei. Orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines orate.
Sancte iohannes baptista or
Omnes sancti patriarche ꝛ ꝓphete Orate pro nobis.
Sancte petre or

Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte iohannes or
Sancte iacobe or
Sancte thoma or
Sancte philippe or
Sancte iacobe or
Sancte matthee or
Sancte bartholomee or
Sancte simon or
Sancte thadee or
Sancte mathia or
Sancte barnaba or
Sancte marce or
Sancte luca or
Omnes sancti apostoli et euangeliste Orate pro nobis.
Omnes sancti discipuli et innocentes. Orate pro nobis.
Sancte stephane or
Sancte line or
Sancte clete or
Sancte clemens or

Sancte sixte or
Sancte corneli or
Sancte cypriane or
Sancte laurenti or
Sancte vincenti or
Sancte cosma or
Sancte damiane or
Sancte fabiane or
Sancte sebastiane or
Sancte prime or
Sancte feliciane or
Sancte thoma or
Sancte erasme or
Sancte edmunde or
Sancte christofore or
Sancte georgi or
Sancte blasi or
Sancte adriane or
Sctē dionysi cū sociis tuis or
Sctē maurici cū sociis tuis or
Sctē gereon cū sociis tuis or
Omnes sancti martyres orate
Sancte edwarde or

Sancte siluester ora
Sancte leo ora
Sancte hieronime ora
Sancte augustine ora
Sancte ambrosi ora
Sancte gregori ora
Sancte isidore ora
Sancte iuliane ora
Sancte gildarde ora
Sancte medarde ora
Sancte albine ora
Sancte swithune ora
Sancte birine ora
Sancte lamberte ora
Sancte martine ora
Sancte antoni ora
Sancte nicolae ora
Sancte leonarde ora
Sancte erkenwalde ora
Sancte edmunde ora
Sancte benedicte ora
Sancte dunstane ora
Sancte cuthberte ora

Omnes sancti confessores orate
Omẽs scti mõachi et eremite orate
Sancta maria magdalena ora
Sctã maria egyptiaca ora
Sancta anna ora
Sancta katherina ora
Sancta margareta ora
Sancta perpetua ora
Sancta felicitas ora
Sancta genouefa ora
Sancta praxedis ora
Sancta scholastica ora
Sancta petronilla ora
Sancta sotheris ora
Sancta prisca ora
Sancta tecla ora
Sancta afra ora
Sancta editha ora
Sancta barbara ora
Sancta helena ora
Sancta apollonia ora
Sancta agatha ora
Sancta lucia ora

Sancta agnes or
Sancta christina or
Sancta cytha or
Sancta cecilia or
Sancta wenefreda or
Sancta fredeswida or
Sancta gertrudis or
Sancta othilia or
Sancta brigida or
Sancta vrsula cum sodalibus tuis Ora pro nobis
Sancta wilgefortis or
Omnes sancte virgines orate
Oēs scte vidue & cōtinētes orat
Omnes sancti & sctē dei orat
Propiti⁹ esto. Parce nobis dñe
Ab oi malo. Libera nos dñe.
Ab insidiis diaboli Libe.
A damnatiõe perpetua Libe.
Ab imminentibus peccatorũ nostrorum periculis Libe.
Ab ifestationib⁹ demonũ Li.
A spiritu fornicationis Libe.

Ab appetitu inanis glorie Li.
Ab omnibus immūditiis mentis et corporis. Libe.
Ab ira et odio et omni mala voluntate. Libera.
Ab immūdis cogitatiōib9 Li.
A cecitate cordis Libe.
A fulgure et tempestate Libe.
A subitanea et improuisa morte. Libera nos domine.
Per mysterium sancte incartionis tue. Libe.
Per natiuitatem tuam Libe.
Per sanctam circuncisionem tuam. Libera nos.
Per baptismum tuum Libe.
Per ieiunium tuum Libe.
Per crucē & passionē tuā Libe.
Per preciosam mortē tuā Li.
Per gloriosam resurrectionem tuam. Libera.
Per admirabilem ascēsionem tuam. Libera.

Per gratiam ſancti ſpiritus paracliti. Libera.

In hora mortis Succurre nobis domine.

In die iudicii. Libera nos dñe

Peccatores. Te rogamus audi nos

Ut pacē nobis dones. Te ro.

Ut miſericordia et pietas tua nos cuſtodiat. Te ro.

Ut eccleſiam tuam regere et defenſare digneris. Te ro.

Ut donum apoſtolicū et omnes gradus eccleſie i ſctā religione cōſeruare digneris. Te ro.

Ut regi noſtro et principibus nr̃is pacē et verā concordiā atq; victoriā donare digneris. Te ro.

Ut epiſcopos et abbates nr̃os et omnes congregationes illis commiſſas: in ſancta religione conſeruare digneris. Te roga.

Ut congregationes omnium

sanctorũ in tuo sancto seruitio conseruare digneris. Te roga.

Ut cunctum populum christianum precioso sanguine tuo redẽptũ cõseruare digneris. Te.

Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas. Te roga.

Ut aĩas nostras et parentum nostrorũ ab eterna damnatione eripias. Te rogamus.

Ut fructus terre dare et conseruare digneris. Te roga.

Ut oculos misericordie tue super nos reducere digneris. Te.

Ut obsequium seruitutis nr̃e rationabile facias. Te roga.

Ut mentes nostras ad celestia desideria erigas. Te roga.

Ut miserias pauperũ et captiuorum intueri & releuare digneris. Te rogam⁹ audi nos.

Ut oĩbus fidelib⁹ viuis ac de=

fūctis requiē eternā dones. Te.
Ut nos exaudire digneris. Te.
Fili dei. Te rogam⁹ audi nos.
Fili dei. Te rogamus audi.
Fili dei. Te rogamus audi.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. Exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. Parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mūdi. Miserē nobis. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Ostende nobis domine misericordiā tuam. Et salutare tuum da nobis.
Et veniat super nos mia tua dn̄e. Salutare tuum secundum eloquium tuum.
Peccauimus cū patrib⁹ nr̄is. Iniuste egim⁹: īiquitē fecim⁹.
Dn̄e nō secūdum peccata nr̄a facias nobis. Neq̄ secundū ini-

quitates nr̄as retribuas nobis.
Oremus pro omni gradu ecclesie. Sacerdotes tui induātur iustitiam: et sancti tui exultēt.
Pro fratribus & sororib9 nr̄is. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas de9 me9 sperātes i te.
Oremus pro cuncto populo christiano. Saluum fac populū tuū dn̄e & benedic hereditati tue: et rege eos et extolle illos vsq in eternum.
Dn̄e fiat pax in virtute tua. Et abūdantia in turribus tuis.
Anime famulorum famularūq tuarū requiescāt in pace. Amen.
Dn̄e exaudi orationē meā. Et clamor meus ad te veniat. Orem9.
DEus cui propriū est misereri semper et parcere suscipe deprecationē nostrā: vt quos delictorū catena constringit / miseratio tue pietatis ab-

soluat. Per xp̄m. Oremus

OMnipotēs sempiterne de9 q̄ facis mirabilia magna solus p̄tende sup famulos tuos pontifices et super cunctas congregationes illis cōmissas spm̄ gratie salutaris: et vt ī veritate tibi complaceāt / perpetuum eis rorem tue benedictiōis infunde.

DEus qui charitatis dona per gratiam sancti spūs tuorū cordib9 fideliū infundis: da famulis et famulabus tuis (pro quibus tuā deprecamur clementiam) salutē mentis et corporis: vt te tota virtute diligāt / et que tibi placita sunt tota dilectione perficiant.

DEus a quo sancta desideria / recta cōsilia / & iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: vt et corda nostra man=

datis tuis dedita : et hostiũ sub=
lata formidine / tẽpora sint tua
protectione tranquilla.

INeffabilem miam tuã que
sumus domine nobis cle=
menter ostende : vt simul nos et
a peccatis omnibus exuas : et a
penis quas pro his meremur be=
nignus eripias.

FIdelium deus omniũ cõ=
ditor et redemptor / ani=
mabus oĩm fidelium defunctorꝝ
remissionem cunctorum tribue
peccatorum : vt indulgentiam
quam semper optauerint / piis
supplicationibus consequãtur.

PIetate tua quesumꝰ dñe
nostrorũ omnium solue
vincula delictorum : et interce=
dente beata et gloriosa semperqꝫ
virgine dei genitrice maria cum
omnibus sanctis tuis / nos fa=
mulos tuos et oẽm [illegible]ulum ca=

tholicū in omni sanctitate custodi: omnesq̃ cōsanguinitate ac familiaritate vel confessione et oratione nobis iunctos seu oēs christianos: a vitiis omnibus purga/virtutib⁹ illustra. Pacem et salutem nobis tribue/hostes visibiles et inuisibiles remoue/pestem ⁊ famem repelle/amicis et inimicis charitatem largire/et omnibus fidelib⁹ viuis ac defunctis in terra viuentium vitā et requiem eternam concede.

PEr horū omnium sanctoꝝ angelorum/archangelorum/patriarcharū/prophetarum/apostolorum/euangelistarū/martyrum/confessoꝝ/atq̃ virginū/et omnium electorum tuoꝝ merita/intercessiões/orationes et suffragia: clementissime deus infūde cordib⁹ nr̄is fontem lachrymarū: vt possim⁹

mis : pedes meos a lapsu.
Placebo domino : in regione
viuorum.
Requiem eternam dona eis do
mine : ⁊ lux perpetua luceat eis.
ān. Placebo dn̄o i regiōe viuoꝝ.
ān. Heu me. The.cxix.psalme.
Ad dn̄m cū tribularer cla
mavi : et exaudiuit me.
Domine libera aīam meā a la
biis iniquis : ⁊ a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid ap=
ponatur tibi : ad linguā dolosā.
Sagitte potentis acute : cum
carbonibus desolatoriis.
Heu michi qꝛ incolatus meus
prolongatus est / habitaui cum
habitantibus cedar : multum in
cola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem
eram pacificus : cum loquebar
illis impugnabant me gratis.
Requiē eternā dona eis dn̄e :

et lux perpetua luceat eis. an.
Heu me quia incolatus meus p
lōgatus est. an. Dominus.
The.cxx.psalme.
Leuaui oculos meos in
mōtes: vnde veniet auxi
lium michi.
